Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sicut credis: maius hijs
videbis. Et dicit ei. Amen
amen dico vobis: vi
debitis celum apertum
et angelos dei ascendē
tes et descendentes sup
filium hominis. In die sancti Andree
Fratres. Corde Ro. x.
creditur ad iusticiam: ore
autem confessio fit ad sa
lutem. Dicit enim scrip
tura. Omnis qui credit
in illum non confundetur.
Non enim est distinctio
iudei et greci. Nam idem
dominus omnium: dives in
omnes qui invocant il
lum. Omnis enim quicum
que invocaverit nomen
domini salvus erit. Quo
modo invocabunt in quem
non crediderunt? Aut
quomodo credent ei quem
non audierunt? Quo
modo autem audient sine
predicante? Quomodo
vero predicabunt nisi mit

tantur. sicut scriptum est
Quam speciosi pedes evan
gelizancium pacem. evan
gelizancium bona. Sed non
omnes obediunt evangelio.
Ysaias enim dicit. Domine
quis credidit auditui
nostro? Ergo fides ex audi
tu: auditus autem per verbum
Christi. Sed dico. Numquid
non audierunt. Et quidem
in omnem terram exivit
sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum.
In illo tempore. Secundum Matheum.
Ambulans Ihesus iuxta
mare galilee: vidit du
os fratres Symonem qui vo
catur petrus et andream
fratrem eius mittentes re
te in rethe in mare. erant
enim piscatores. Et ait
illis. Venite post me:
et faciam vos fieri pis
catores hominum. At illi con
tinuo relictis retibus
secuti sunt eum. Et pro